2114

Litynska Abrenuntiat

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrens Capitaneal Premysliens Grosa Dorothea Hoszowska, Generosi Hyacinthi Litynski Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu. Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrens Capitaneal Premysliens Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de bonis paternis et maternis se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis legitime concernentibus, per manus

802 Perillustris et Admodum Reverendi Georgii Hoszowski Episcopi Ritus Graeci Premysliens parentis sui plenarie et de integro satisfactum est, ob quam eiusmodi satisfactionem dotisque realem et effectivam persolutionem in manus supradicti Perillustris et Admodum Reverendi Episcopi Ritus Graeci Premysliens parentis sui abdicat abrenunciat et resignat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Feria tertia in crastino Festi Sancti Laurentij Levitae et Martyris.

11/VIII

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

Jaworski Religioso Jaworskiemu Donat

802 Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrens Capitaneal Premysliens, Nobilis Nicolaus Jaworski Czerwakowicz

wicz, olim Nobilis Hrehorij Jaworski Czerwakowicz filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti verò Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quò ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Laboriosum Michayło Gryglicz subditum suum cum ipsius liberis ac tota suppellectili domestica, in bonis Villae Jawora, Terra verò et Districtu praefatis Premysliensi iacens et consistens cum omni praemissorum Jure, dominio, proprietate, haereditate titulog haereditario eumq omnibus et singulis subditi eiusdem utilitatibus fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis et obventionibus quibusvis, eiusdemq subditi laboribus, censibus, dationibus, vecturis, munijs, officijs, et obsequijs quibusvis, attinentijsq et pertinentijs in universum omnibus. nihil ex praemissis Juris, dominij, proprietatis, haereditatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, suisq successoribus, aut alio quopiam reservando et excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq concernebant ac eidem legitime serviebant; iam exnunc et defacto Nobili ac Religioso Stephano Jaworski Kosaczowicz olim Nobilis Iwani Jaworski Kosaczowicz filio, ad Ecclesiam Ritus Graeci in bonis praefatis Villae Jawora sitam Presbitero, eiusq posteris cedit, donavit, ac titulo purae merae et irrevocabilis donationis inscripsit et resignavit, prout praesentibus dat, donat, ac titulo purae merae, et irrevocabilis donationis inscribit, et resignat praesentibus, perpetuo et in aevum. Iamq exnunc et defacto suprascriptus Recognoscens, memorato donatario suo, et eius successoribus dat et admittit coram Officio praesenti in eadem bona praesentibus donata, et resignata, realem Intromissionem

et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem, et Nobiles duos, die quacunq vo luerit Officiose acceptans per ipsum Donatarium suum et eius successores, bona praefata praesentibus donata, et re signata, cum Universis eorundem Utilitatibus, et emo lumentis, competentiaq et Praerogatiua quauis tenendi ha bendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruen, ac ad Usus suos et suorum successorum quosuis be neplacitos Usufructus libere et effectualiter conuer tendi. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis pecuniarys quibusuis habitis et habendis, memorato Donatario suo, et eius successoribus, inscribit, et obligat praesens, ipsum et eius successores, in dictis bonis praesens resignatis, et ratio ne eorundem omnium praesens donatorum, ab omni et quauis impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus Cuiusuis exi stentium existentium, per omnes praescriptiones Terres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, euince re intercedere, et eliberare, indemnemq cum poste ris reddere. Nec non tales eadem bona praesente resi gnata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona, praesente re cognita, modo quocunq cuicunq personarum factis et facienbus, Tum etiam a quibusuis Citationibus, in eade bona praesente resignata modo quocunq importatis et im portantibus Lueris denique per Lucris, processibusq Iuris quibusuis, in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super eisdem bonis praesentibus resignatis, modo quo cunq perductis et perducentibus, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromis sionem praefatam, Coram Officio praesenti admissam, in fundo

bonorum praefatorum praesentibus resignatorum, dum per Magnificentiam
et Nobiles officiose requiretur, non denegare, imo debe-
bit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter ad-
mittere, dataque et admissa eadem possessionem et Usumfru-
ctum praemissorum omnium praesentibus resignatorum, tam
per se quam per suas quasuis subnissas et subordinatas
personas, non impedire, nec adimere, ipsumque Donatari-
um suum et eius Successores, in dictis bonis praesentibus
resignatis, tam in toto, quam in parte, non iniuriari,
ita ut eadem bona, praesentibus resignata, cum Uni-
versis eorundem Utilitatibus, et emolumentis, compe-
tentiaque et praerogatiua quauis, idem Donatarius suus,
cum suis Successoribus, quiete et pacifice, Inscriptio-
nis praesentis donatariae Vigore, tenere, habere, et possi-
dere illisque Uti frui queat et possit, perpetuo et ire-
uocabiliter. idque sub damnis Terrestribus sim-
pliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis,
per eundem Recognoscentem vel eius posteros, Suprascri-
pto Donatario suo, aut illius posteris, ob non completio-
nem praemissorum omnium Et singulorum, tam in parte
quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum
succumbendis, Pro quibus quidem damnis terrestribus
simpliciter taxatis, modo praemisso ad soluens succu-
bitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non comple-
ta complenda, Citatus existens memoratus Recogno-
scens Nobilis Nicolaus Iaworski Czerwakowicz siue
eius Successores, ad Instantiam praefati Nobilis ac Re-
ligiosi Stephani Iaworski Kosaczowicz Donatarij
sui vel eius Successorum ad Officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premysliense extunc recessu supra
scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper
in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio,
stare, Iuri parere, respondere damna praefata Terre-
stria simpliciter taxata, luere, Inscriptioni huic satisface-
re, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq-

ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et
obligat Praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes Causae
eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari,
ad munimenta, ad Evictorem, vel alys quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo,
ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrens. Capitan. Premysliens. Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, poenis simplicibus, vel triplicatis, Quadationibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, Praescriptione
Terrestri, bello, conventioneque ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec
modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sedzimirzowa Gorskiemu Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus
1703 Castrensibus Capitan. Premysliens. Generosa Christina Kie-
ustrołowiczowna, primarum olim Generosi Jacobi Gorow-
ski, ad praesens vero secundarum Nuptiarum Generosi
Gabrielis Sedzimir Consors legitima, cum eiusdem
mariti sui, uti Tutoris coniugalis, personali assistentia
et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu,
Sana mente et corpore existens, a Terris Districti-
bus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprys
et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi
Capitan. Premysliens. Iurisdictioni quo ad Actum
hunc attinet, se cum Successoribus bonisque suis ge-
neraliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando,
atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum